

esse neces-  
tatez su-  
ioribus.  
inde nō  
dicēdū  
supiora  
causa  
licet  
ne signa  
erum.  
**¶** q̄s  
ep̄s.  
sulfuisse.  
ota pro  
lo ofilio  
unri siue  
nciat ar-  
m siue  
on. sic. p  
lavoca  
ōne pu-  
itur qui  
ocat de  
cum ad  
dicium

Occurrit illa audaciora. Perone qua ce-  
bui. Nā puenire ista ad noticiā demonū  
p̄ nonnulla ec̄ exp̄mētā p̄tū ē. Sed vtrū  
signa quedaz dent̄ ex corpore cogitātū  
illis sensibilia nos aut̄ latētia an alia vi spi-  
rituali ista cognoscant. ā difficillie p̄t ab  
hōmibz ā omnino nō p̄t inueniri.

**¶** Quod autēz sortilegiā diuini si-  
cessare noluerit e rōmūcādi  
sūt. rōne et auctoritate p̄b ar.  
**¶** Est enī quoddā genus cultus  
re ydoloꝝ ex demonū ofultacōibz futu-  
ra p̄dicere. Picut enī auarus q̄ cultū deo  
debitū nūmo impendit y doloꝝ cultoz ab  
ap̄to noiatur. sic illi qui futura que ex dei  
oraculo nōnunquam reuelata inueniūt  
vel demonū ofultacōe uel q̄bussibet p̄sti-  
gys inuenire laborāt. diuinitatis imacre  
auris attribuiūt. futura enī p̄scare solius  
dei ē. qui in sui cōreplacōne etiā angelos

reuerendi doct̄. hie ex:  
hi cap̄lo. xxx.

**¶** Non oportet  
sacris officiis de dicos  
gicos vel incatatores existe.  
lateria q̄ aiaz suaz viculaoz  
aut̄ q̄ talibz rebus vtūtur pro  
iustissimus. **¶** Itē ex oculo tole  
pitulo. xxx.

**¶** Honoris prue  
quis  
ep̄s aut presbr ā diaco  
libet de ordimbz deicoꝝ ar  
catatores ā ariolos ā cre aug  
nlegos vel q̄ p̄fitetur artē ma  
eoꝝ filia exercētes cōsultusse  
fuerit. ab honore dignitatis  
mōstern curā excipiat. ibiqz p  
tue dedicus scelus admiffus sa  
uat. **¶** Itē ex agathēti cōcilio.

Ita oēs paganorū faciā  
mētū agat. Aucteribz q̄  
ccat in suis laneficijs vāmi  
sed deū mus cēt adutor.





IX. B. 5. 315.

45.

Sod

~~IX. B. 5. 315.~~

~~XXVIII. 9. 00~~

3. 17. 1690. *Gilberti in D. 1690.*





463.  
26

Disputatio Juridica  
inauguralis,  
De  
**HOMICIDIO.**  
*QUAM*

DEO OPT. MAX. ANNUENTE

Ex decreto atque autoritate Magnifici Dn. Ordina-  
rii, &c. Amplissimi Dn. Senioris, &c. nec non reliquorum  
Consultissimorum Virorum, Celeberrimæ Facultatis  
Juridicæ Lipsiensis Assessorum in Illustri Aca-  
demiâ LIPSIENSI

PRO

*Licentiâ ad consequenda insignia & pri-  
vilegia Doctoralia,*

IN UTROQUE JURE,

*Publicè discutiendam proponit*

M. GODOFREDUS MAYER,  
LIPSIENSIS.

In Auditorio Collegii Majoris

*Ad diem 5. Septembr.*

*Horis Consuetis.*

ANNO MDCXXXIII.



LIPSIÆ,

Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

*Se D. Glinowig 1733*





Director  
HOMICIDIO

M. COOPER, EDITOR







T H E S I S I.

**H**omicidium (a) ab homine & cæde appel-  
latum est, quasi cædes hominis, (b) qui  
enim homicidium committit, hominem  
cædit, ut moriatur.

(a) dicitur Græcis ἀνδροκασία, vel ἀνδροφονία, Hoc, Jure Ci-  
vili, punitur ex L. Corneliâ de Sicar. quam Cornelius Sylla  
tulit,

*L. 2. §. capta. 32. vers. deinde Cornelius Sylla. ff. de origine Juris.*

Unde Homicidæ Sicarii dicti sunt, à Sicâ, quod genus gla-  
dii brevioris est, quasi seca, à secando dictum: Licet largè si-  
carius accipiatur pro quocunq: occidente, gladio, fuste, la-  
pide, &c.

(b) per textum in L. ita vulneratus. 5. vers. occidisse videtur, ibi: tractâ in-  
terpretatione vocis à cædendo & à cæde. ff. ad L. Aquil.

Hominis autem appellatione continetur: (1.) Uterque  
Sexus: Non enim dubitandum, hominis verbo tam mascu-  
lum quàm fœminam comprehendere.

*Gen. 1. vers 27. & cap. 5. vers. 1. & 2. L. Hominis appellatione. 152. ff. de V. S.  
L. pœna. 9. §. qui alias. 1. ff. de L. Pomp. de parricid.*

Semper namque sexus masculinus etiam fœmininum con-  
tinet:

*L. qui duos. 62. in fi. ff. de legat. 3. L. 1. ff. de V. S.*

(2) Omnis ætas: Neque enim ulla distinctio concedenda,  
sive quis majores, sive minores, sive infantes occiderit,

*L. si quis necandi. 8. Cod. ad L. Corn. de Sicar. P. D. D. Carol. V. art. 137. ibi:  
Ein jeder Mörder/ oder Todtschläger.*

In quinto namque decalogi præcepto Ipse Deus generali-  
ter dicit: NON OCCIDES.

A 2 (3) Qui-





(3) Quicumque status: Cum & qui servum occiderit, homicidii reus fit. Omnes etenim homines DEUS Opt. Max. ad imaginem suam creavit, & omnibus vitam communem dedit atque naturam.

*Gen. 9. v. 6. l. 1. §. & qui hominem. 2. ibi: cuius conditionis hominem. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. hos accusare. 12. §. omnibus. 4. ibi: Sed cum natura est communis. ff. de accusat. §. sed hoc tempore. 3. Inst. de his, qui sui vel alieni Iur.*

### Cædis verbo significatur:

(1) ipsa potissimum occisio, quæ fit quovis armorum genere.

*§. item Lex Cornel. de Sicar. 5. Inst. de publ. Iudic. l. 1. §. Divus. 3. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. si calvitur. 233. §. telum. 2. ff. de Verb. Sign. l. quâ actione. 7. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

(2) Actus omnis, sive proximus, sive remotus, qui fit animo occidendi: puta, si quis hominis occidendi causâ cum telo ambulaverit.

*l. 1. in princ. ibi: quivè hominis occidendi. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. is, qui cum telo. 7. ibi: qui cum telo ambulaverit. C. eod.*

Vel si quis hominis necandi causâ venenum confecerit, vel vendiderit, vel habuerit.

*d. l. 1. §. 1. ibi: qui hominis necandi causâ venenum confecerit. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. ejusdem. 3. in princ. ibi: qui venenum. & §. adjectio. 2. ibi: quod ad occidendum paratum est. ff. d. tit.*

## II.

Homicidium describi potest, quod sit exanimatio, (a) ab homine, in hominem (b) violenter (c) perpetrata.

(a) hoc est: anima hominis à corpore separatio. *l. item Mela. 11. §. Celsus. 3. ibi: alius postea exanimaverit. ff. ad L. Aquil. l. ejusdem 3. in princ. ibi: necandi. ff. ad L. Corn. de Sicar. l. Lege. 4. in princ. ibi: contra hominis necem. ff. eod. Gilhaus. arbo. judicia. crimina. cap. 2. tit. de homicid. 12. n. 1.*

Sciendum tamen, quod Jure Civili stricto ita constitutum sit, ut & affectum Lex Cornelia, effectu non secuto, Juris in-

ter-



terpretatione puniat, si scilicet affectus, sive voluntas, seu necandi animus dolosus, cum conatu praesertim quodam, seu actu aliquo externo, qui ad executionem sceleris tendit, fuerit conjunctus.

*per l. 1. in princ. ibi: cum telo ambulaverit. & d. l. ejusdem. 3. in pr. §. adjectio. 2. ibi: paratum est. & §. item is. 4. ibi: arma sumserit. ff. ad L. Cornel. de sicar. l. is, qui cum telo. 7. ibi: cum telo ambulaverit. & paulo post: sicut is, qui hominem occiderit. C. eod. §. item lex Cornel. de sicar. 5. ibi: cum telo ambulat. Inst. de publ. Judic.*

Ratio est: quia juris Civilis ratio in maleficiis voluntatem spectat, non exitum.

*L. Divus. 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Hodiè hoc Jus Civile, tanquam nimis rigidum, non servatur, sed generali consuetudine per totum orbem receptum est, ut etiam in plerisque atrocissimis delictis poena ordinaria, saltem effectu secuto, locum habeat, eò autem non subiecto, extraordinaria & arbitraria dictetur.

*Const. Crim. Carol. V. art. 178. ibi: In einem Fall härterer denn in dem andern. Const. Elect. 4. part. 4. vers. Da aber die Frucht. ibi: kein Wirkung gehabt. Farinac. tract. de homicid. quest. 124. part. 1. tit. 14. n. 37. Caball. in resolut. crim. cent. 1. cas. 16. n. 11. ibi: quia. de generali consuetudine. Wesenbec. in parat. ff. ad L. Cornel. de sicar. n. 16. ibi: ac verè mihi dixisse videtur. Althus. dialectolog. l. 1. c. 100. n. 4. de homicid. lib. 1. c. 3. n. 159.*

Ratio hujus generalis consuetudinis dari potest hæc: quia crimen inceptum secundum veritatem pro perfecto haberi nequit, sed saltem ex fictione Juris pro perfecto habetur, id eò summa æquitas suadet propositum cum actu imperfecto clementius plecti, quam cum actu perfecto.

*Barthol. Tægus tract. criminal. part 7. n. 7. & 8.*

Recensent tamen Dd, quædam delicta atrocissima, quorum conatus adhuc hodiè ordinariâ poenâ punitur, ut sunt:

### **Crimen læsæ Majestatis.**

*L. qui quis. 5. in princ. ibi: eadem severitate voluntatem sceleris, quâ effectum puniri. C. ad L. Jul. Majest.*

A 3

Cir-



## Crimen raptus:

*L. unic. C. de rapt. virg. l. si quis non dicam. §. C. de Episc. & Cler.*

## Assassini:

*Cap. 1. de homicid. in 6.*

## Parricidii:

*L. 1. in fin. ibi: qui emit venenum, quamvis non potuerit dare. ff. de L. pomp. de parricid. L. ux. ibi: id enisus fuerit. C. de his, qui parentes vel liberos occiderunt. §. alia deinde. 6. ibi: sive clam, sive palam id ausus fuerit. Inst. de publ. Judic. Geil. lib. 1. de pac. publ. cap. 14. n. 20. cum seqq. Menoch. arbitrar. Judic. quest. casu 360. Alth diceolog. lib. 1. cap. 100. n. 5.*

(b) Adduntur verba: **AB HOMINE**: quia, si quadrupes fortè hominem occiderit, utputa, equus calcitrando, aut bos, aut alia fera bestia homicidiū dici nequit, sed pauperies.

*Tot. tit. ff. si quadrupes pauper. fecis. dicatur.*

Ratio est: quia non potest dici animal quid injuria fecisse, quòd sensu caret.

*L. 1. §. ait præter. 3. ff. si quadrup. pauperiem fecis. dicatur.*

(c) Armis videlicet: Nec interest, gladio, fuste, aut alio teli genere cædes sit commissa.

*d. §. item Lex Cornel. 5. Inst. de publ. Judic. d. l. 1. §. Divus. 3. ff. ad L. Cornel. de sicar. d. l. si calvitur, 233. §. telum. 2. ff. de V. S.*

## III.

Sed dubium non leve hñc sese offert, An homicidium committatur ab eo, qui vel humanum fœtum nondum editum in utero materno interfecit, vel causam præbuit, ut mulier partus concepti abortum faceret?

Communis Dd. distinctio inter fœtum animatum & inanimatum retinenda est.

Si igitur fœtus est animatus, cædes omninò facta est, & capitalis pœna statuenda.

*per text. in Can. Moys. 9. caus. 32. quest. 2. ibi: si formatum fuerit; det animam*



nam pro animâ. L. si quis. 28. §. qui abortionis. 7. ibi: si eo mulier, aut homo (puta formatus) perierit. ff. de poen. L. Cicero. 39. ibi: partum, scil. animatum. ff. cod. l. si quis necandi. 8. C. ad leg. Cornel. de sicar. P. N. D. Carol. V. art. 133. in princ. ibi: Ein lebendig Kind abtreibet & paulò post: Als ein Todtschläger. Const. Elect. 4. part. 4. ibi: Leibes Frucht / die da in Mutterleib lebendig gewesen / & ibi: so soll die Missethäterin am Leben gestrafft werden.

Ratio est quia foetus in utero materno jam formatus, animâ habet & corpus, licet nondum corroboratum.

Si autem partus animam habet & interimitur, utiq; homo occisus est. Si foetus nondum actu animatus est, extraordinaria poena dictanda est, puta relegatio &c. vel alia, pro Judicis arbitrio.

per d. rext. in Can. Moys. 9. Caus. 32. q. 2. ibi: si autem informatum fuerit, cap. sicut ex literarum. 20. in fin. ibi: si nondum erat vivificatus. extr. de homicid. arg. l. si mulierem. 8. ff. ad l. Cornel. de sicar. arg. l. Divus. 4. ff. de extraordinar. crimin. P. N. D. Carol. V. art. 133. ibi: So aber ein Kind das noch nicht lebendig were. & ibi: Sollen bey den Rechtsverständigen Raths pflegen. Const. Elect. 4. part. 4. ibi: Do aber die Frucht nicht gelebet. & ibi: so sol sie mit Staupenschlagen / Verweisung / vnd Gefängniß / nach Gestalt der Vorbrechung gestrafft werden.

Ratio est: quia sicut non potest dissolutum videri, quod nondum coagmentatum est: Ita nec exanimatum id, quod animam nondum habet.

Can. quod verò. 8. caus. 32. q. 2. can. sicuti Fœmina. 10. d. caus. 32. q. 2. Farinac. de homicid. q. 122. tit. 14. par. 6. n. 133. seqq. ubi Dd. plures citat.

Quando autem foetus dicatur animatus, seu vitalis, illud Physicis & Medicis, tanquam in hac arte peritis, meritò dijudicandum relinquitur.

Arg. l. septimo Mense. 12. ff. de statu homin. l. 1. ff. de inspiciend. ventr. l. fin. C. de juridict. Gilh. arb. Judic. crim. cap. 2. tit. de homicid. 12. n. 19. in fin. vers. quanto autem tempore. Farin. d. q. 122. tit. 14. p. 6. n. 139.

#### IV.

Committitur autem homicidium vel in seipsum,  
(a) vel in alium. (b) (a) per



(a) per L. qui rei. 3. §. sic autem. 6. ff. de bon. eorum, qui ante sententiam. & c. l. omne delictum. 6. §. qui se. 7. ff. de re militar. l. si quis. 6. §. ejus qui. 7. ff. de injust. rupt. irrita testam

(b.) l. 1. in princ. ibi: quivē hominis occidendi causa. l. ejusdem. 3. ibi: necandi hominis causa. l. qui cadem. 16. & tot. tit. ff. ad l. Cornel. de sicar.

V.

Homicidium in seipsum, quod ἀυτοχειρία dicitur, est, quando aliquis sibi ipsi violentas manus infert.

(a) Hæc Jure divino, naturali, & Canonico prohibita est; (b) Jure Civili distinctio est adhibenda. (c)

(a) d. l. qui rei. 3. §. sic autem. 6. ibi: qui sibi mortem conscivit. ff. de bon. eorum, qui ante sentent. l. 2. ibi: mortem sibi consciverunt. C. de bon. eorum, qui mort. & c. l. si is, quite. 2. ibi. se præcipitem dedit. C. qui testam. fac. poss.

(b) Jure divino ἀυτοχειρία prohibetur: Adversatur enim præcepto Decalogi; NON OCCIDES.

Exod. 20. vers. 19.

Undè verissimè Hieronymus alibi dixit: Non recipit Deus animas, qui invitò Dominò ē corporibus exierunt.

Guil. Bækel. disquis. de publ. Judic. 6. n. 20. p. 157.

Jure quoque naturali: quia natura sese conservare studet, & ordinata charitas incipit à seipsâ.

Bækel d. disquis. 6. p. 158.

Jure itidem Canonico.

Can. si non licet. 9. caus. 13. q. 5.

Unde & sepulturâ, non humanâ, nedum Ecclesiasticâ, sed caninâ vel afininâ hoc jure afficitur.

Can. placuit. 12. caus. 23. q. 5.

(c) Jure Civili distingvendum est:

Aut enim quis se interficit, ut mori magis, quàm damnari malit, ob conscientiam puta alicujus criminis, & pœnam exinde imminentem: Aut ut potissimum majus malum evitet, priori casu ἀυτοχειρία, permessa non est.

l. 60.



*l. bovem. 43. §. mortis. 4. ff. de edil. edict. l. 2. ibi: quod si futura poena metu. C. qui testam. fac. poss. d. l. qui rei. 3. in princ. §. sic autem. 6. ibi: quæ ex causâ. Et paulò post: si sine causâ. §. de illo. 8. ibi: nullâ justâ causâ precedente. ff. de bon. eorum. qui ante sentent. l. 2. ibi: nec ob metum crimin. C. eod. d. l. si qui. 6. §. ejus qui. 7. ibi: nam eorum, qui mori magis, quam damnari. ff. de injust. rupt. irrit. testam. l. liberorum. 11. §. non solent. 3. ibi: sed malâ conscientia. ff. de his qui notantur infam.*

Ideò ἀποχρησ talis hæredem non habet, sed bona ejus fisco addicuntur.

*d. l. qui rei 3. ff. de bon eor. qui ante sentent.*

Posteriori verò casu Jus Civile ἀποχρησταιν permittit, puta, si quis se interficiat:

(1) tædiò vitæ;

*d. l. 6. §. 7. vers. quod si quis tædio vitæ. ff. de injust. rupt. irrit. testam. d. l. 3. §. si qui. 4. & §. sic autem. 6. ff. de bon. eorum qui ante sentent. d. l. 11. §. 3. ibi: non tædio vitæ. ff. de his, qui notantur infam.*

(2) impatientiâ adversæ valetudinis, vel doloris;

*d. l. 3. §. 4. ibi: vel impatientia. d. l. 6. §. 7. ibi: vel valetudinis. l. bovem, 43. §. 4. ibi: non si dolorem. ff. de edil. edict.*

(3) Pudore æris alieni:

*d. l. omne. 6. §. si qui se. 7. ff. de re milit. l. in fraudem, 45. §. 2. ff. de Jure fisci.*

(4) vel ex aliâ causâ;

*d. l. 3. §. 4. ibi: vel alio modo. ff. de bon. eor. qui. &c. d. l. si quis. 38. §. fin. ff. de pæn.*

Ratio diversitatis est: Quia priori casu ἀποχρησ se interficit propter nequitiam, malos mores, flagitiumvc aliquod commissum. Posteriori verò saltem se liberandi causâ à majori malo, dolorem corporis non sustinendo,

*d. l. bovem, 43. §. mortis. 4. ff. de edil. edict.*

Atq; hæc Juris Civilis distinctio ex Scholâ Stoicorum olim profecta fuit, qui eum, qui tædium aliquod vitæ habebat, sibi mortem Jure consciscere posse arbitrabantur.

Senec. Epist. 69. Lips. Cent. 2. Epist. 22. Merill. lib. 1. observ. cap. 23. Reusn. de testam. p. 2. c. 52. Dn, Sigismund Sincelshaus in præfæct. publ. ad d. l.

B

si is,





*si quis*, 2. C. *quod est factum*, poss. Aliter vulgò. Dd. vid. Farinac. *de homicid.* q. 128. par. 1. ubi Dd. alios refert.

De Consuetudine hodiernâ, quid quoad pœnam & processum sepeliendi observetur, videantur

Heig. p. 2. quest. 36. Coler. p. 1. decis. 107. & p. 2. decis. 267. Damhuder, in *prax. crim.* cap. 90. Bœkel *disquis.* 6. p. 160.

## V. I.

Homicidium in alium commissum, aut est parricidium, (a) aut homicidium in specie sic dictum, (b)

(a) tot. tit. ff. *de leg. pomp. de parricid.* l. un. C. *de his, qui parent. vel liberos occider.* s. *alia deinde lex.* 6. *Inst. de publ. Jud.*

(b) tot. tit. ff. & C. *ad l. Corn. de sic. r.* s. *item lex Cornel.* 5. *Inst. de publ. Judic.*

## V. II.

Parricidium est cædes hominis, occidenti necessitudine conjuncti.

Vultejus *lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 48. n. 6.*

Parricidium quod parenticidium, est vel Verum, vel Quasi. Verum est, quod inter parentes & liberos committitur. Rei itaque veri parricidii ex lege Pompejâ habentur, qui patrem, matrem, avum, aviam, & reliquos ascendentes: aut qui filium, filiam, nepotem, neptem, & reliquosque descendentes trucidant.

*l. un. C. de his, qui parent. vel liber. occider.* s. *alia deinde lex.* 6. *ibi: si quis parentis aut filii.* *Inst. de publ. Judic.* Vultejus *d. cap. 48. n. 6. vers. parricidium verè est.* Bocer. *de homicid. lib. 1. cap. 5. n. 3. & 4.* Farinac. *de homicid. q. 220. tit. 14. Sectio: 5.*

Quasi parricidium est, quod inter alios necessitudine quâdam sibi conjunctos committitur.

Conjunctio autem ea vel vera est, vel ficta. Vera est, vel ratione sanguinis, puta inter cognatos, vel ratione matrimonii, scilicet inter conjuges. Ficta, seu Juris, est inter patrum & libertum.

*d. l. 1. ff. de L. Pomp. de parricid. l. pœna. 9. s. 1. ff. eod. s. alia deinde. 6. vers. si quis*



*si quis autem aliàs. Inst. de publ. Judic. Vult. d. c. 48 n. 7. 8. 9. Bocer. de homicid. d. c. 5. n. 8.*

Pœna Veri parricidii est, ut delinquens Jure Civili, virgis sanguineis, verberatus, culeo insuatur, cum cane, gallo gallinaceo, viperâ, & simiâ, deinde in mare seu amnem projiciatur, ut ita omni Elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur.

*d. §. alia deinde lex. 6. Inst. de publ. Judic. d. l. pœna, 9. ff. de leg. pompeii. de parricid. l. un. C. de his, qui parentes vel liberos occider.*

Culeo autem parricidæ *probabiliter* adjungitur

Canis, quia cum matre & sororibus coire, cum patre vero rixari solet.

Gallus Gallinaceus, quia matrem inicit, & patrem immaniter incessit.

Vipera, quia ejus filii matris utrum exedunt, ipsamque occidunt.

Simia denique, vel quia hominis formam refert, bestia tamen est; vel quia duos parit, alterum odio habet, alterum tam arcto complexu fovet, ut necet.

Projiciebatur autem in aquam parricida, quia ab aquâ omnia hæc animalia abhorrent, ut ita innotesceret, extremo supplicii genere eum dignum esse.

*Pancirol. Thesau. variar. lect. lib. 2. cap. 236. Paulò aliter Bocer. de homicid. lib. 1. cap. 5. n. 17. Harpprecht. ad d. §. alia deinde lex. 6. n. 21. seqq. Matth. Steph. de Jurisdic. lib. 1. cap. 6. n. 166. Valent. Förster. de Jurisdic. Roman. cap. 6. ad l. 2. n. 16. seqq.*

Pœna autem hæc Juris Civilis hodiè in plerisq; ferè regnis & principatibus observari desit.

*Forst. d. c. 6. ad d. l. 2. n. 23. Besold, lib. 1. polit. c. 10. thesi 48. Farinac. de homicid. q. 120. tit. 14. sect. 1. n. 12.*

Ne scilicet ex desperatione, quâ penitus illa pœna plena est, anima cum corpore subsidat. Quocirca parricidæ non amplius hodiè culeo insui, sed in lineum saccum, quò citiùs



suffocentur, immitti, fele quoque in locum Simiæ, & serpente saltem in chartâ depicto, non vivo, adhibito, aquis submergi solent.

*Const. Elect. 3. part. 4. P. N. D. art. 130. 131. 137. Moller. ad Const. Elect. 3. n. 12. p. 4. Bœkel de publ. Iud. disquisit. 7. p. 235. versu, Iure Saxonico eadem ferè. &c.*

Flumine autem deficiente rotæ supplicio afficiuntur.  
*d. Elect. Const. 3. p. 4.*

Pœna Quasi parricidii, est eadem, quæ alterius homicidii, puta gladii.

*l. pœna. 9. §. 1. ff. de L. pomp. de parricid.*

Ratio est: quia qui alias personas occiderunt, præter ascendentes & descendentes, nempe necessitudine aliquâ cōiunctos, illi lege Pompejâ de parricidiis, tantum ex interpretatione Juris tenentur. Ideo & in iis non ordinaria legis Pompejæ, sed legis tantum Cornelix pœna obtinet, cum parentum liberorumque vice non sint.

(a) Wesenbec. in parat. ff. de leg. pomp. de parr. n. 9. d. l. pœna. 9. §. 1. ff. de L. Pomp. de parricid. §. alia deinde. 6. vers. si quis autem alias. Inst. de publ. Iudic.

(b) Hodie tamen in foro Electorali Saxonico, quoad Conjuges, parricidii crimen committentes, pœna legis Pompejæ ordinaria constituta est, *Const. Elect. 3. p. 4.*

### VIII.

Lubet hinc inquirere, Quæ sit pœna mulierum aut meretricum, quæ infantes exponunt?

Casus distingvendi sunt: Aut enim (1) parentes exponunt infantes in locum solitarium, & à conspectu hominum remotum, Et tunc vel mors secuta est vel non; si mors secuta est; tenentur Lege Pomp. de parricid.

*Const. Criminal. Carol. V. art. 132. ibi: Nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlâgens. Et ibi: Stirbt aber das Kind. & ibi: am Leib oder Leben zu straffen. Matth. Steph. ad dict. art. 132. in fin.*

Ratio



Ratio est, quia locus solitarius, est valde periculosus & suspectus ex eo, quod nullus hominum ibi ambulet. Ibi igitur infantem exponens, alimenta denegat, atque ita causam mortis præbet.

*l. nihil interest. 15. ff. de L. Cornel. de sicar.*

& necare intelligitur:

*l. necare. 4. ff. de agnoscend. vel alend. liberis. Novell. 153. in præfat. in fin. ibi: Extremis pœnis. & cap. 1. in fin. Can. pasce. 21. distinct. 86. ibi: si non pavisti, occidisti.*

Si verò mors secuta non est, hodiè arbitraria saltem pœna, corporalis tamen statuenda est.

*d. art. 132. ibi: vnd das Kind wird gefunden: Et ibi: nach Gelegenheit der Sache / vnd Raht der Berständigen.*

Aut (2) parentes exponunt infantes in locum non solitarium, sed talem, ubi quotidiè multi prætereunt homines, & tum iterum vel moritur expositus, vel non: si moritur, parentes non ultimo supplicio, sed corporali pœnâ coërcentur.

*d. Const. Carol. V. art. 132. ibi: Am Leibe.*

Ratio est: quia expositio hæc, in loco non solitario, non ita est infanti periculosa. Si verò non moritur infans, sed sanus & salvus reperitur, pœna est arbitraria:

*d. art. 132. vnd das Kind wird gefunden vnd ernehret.*

Ratio est: quia parens non animo necandi, sed potius conciliandæ à prætereuntibus misericordiæ causâ, id fecisse præsumitur.

*l. necare. 4. in fin. ff. de agnoscend. & alend. lib. Wesenbec. in parat. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 14. Coler. p. 1. decis. 158. n. 2. Moller. lib. 4. semestr. cap. 45. n. 7. 8.*

IX.

Dubitatur etiam † si pater ipse filium, capitale crimen committentem, interficiat, ut domestico potius quam publico exemplo, & manu potius parentis, quam Carnificis pœnam luat, An ordinaria Le-





gis Pompeiæ, An verò mitior pœnâ ei irroganda sit?  
Priorem sententiam, exercitii causâ, defendam, pro-  
pter sequentes rationes.

(1) Quia nusquam in jure hic casus videtur exceptus à re-  
gulâ: Ergò huic standum, donec exceptio probetur.

*Arg. l. questum. 12. § idem respondet. 43. vers. deniq. ff. de instruct. vel in-  
strum. legat. l. pravaricationis. 3. §. fin. ibi: quia neq. lege aliqua. ff. de præ-  
varicat.*

(2) Quia non est singulis concedendum, fortè ob metum  
ignominiosæ mortis evitandum, quod per Magistratum pub-  
licè debet fieri.

*l. non est singulis. 176. ff. de reg. iur.*

Ideò enim judiciorum vigor & Juris publici tutela, & le-  
gum sacrareperta est reverentia, ut nihil manu, nihil pro-  
prio agatur impulsu, sed omnia Jurisdictione Magistratus ex-  
pediantur.

*arg. l. si cuius rei. 13. §. sed si. 3. ibi: Jurisdictione suâ componere. ff. de usufr.*

(3) Quia patria potestas in pietate, non atrocitate confi-  
stere debet, ne aliàs latro potius, quàm pater vocari rectius  
possit.

*arg. l. Divus. 5. ff. ad L. Pomp. de parricid.*

Refert tamen Wesenbec. *in parat. ff. eod. n. 6.* se hoc casu  
meminisse, patri parcitum, nec ultra relegationem proces-  
sum fuisse.

X.

Sed quomodo puniendus est filius, patrem ver-  
beribus afficiens, non verò occidens?

Arbitraria est pœna:

pro modo scilicet delicti:

*per l. 1. §. si filius. 2. ff. de obseq. parent. & patron. prest. ibi: vel impias manus  
eis infert. Et ibi: pro modo ejus vindicat. h. e. ex arbitrio. l. congruentius. 4.  
in fin. C. de patr. potest. ibi: Et si provecam ad inclementiores injurias impro-  
bita-*



*bitatem deprehenderit, laesam pietatem severius, h. e. arbitrariè vindicabit.*

Et eò respexit quoq; Serenissimus Elector Saxoniae Augustus, In der Kirchen Ordnung sub generalibus *Articul. 44. Rubr. Was sich die Wellichen Gerichtshaber, fol. 373. §. Do auch jemandt. ibi: Do jemand/als die bösen vngerathenen Kinder zu thun pflegen/seine Eltern schmähen / lästern vnd endlichen die Hände an sie legen würde/ soll solches der Obrigkeit vermeldet werden / welche sie auch vermöge der Rechte straffen sollen.*

Arbitrium autem hoc plerumq; ad carcerem, sed & quandoq; ad Relegationem, fustigationem, vel etiam manus, quã verberavit filius, amputationem sese extendit.

*d. l. congruentius. 4. ibi: severius. C. de patr. potest. Wesenbec. in parat. ff. de L. Comp. de parricid. n. 12. in fin. Moller. & Ros. ad Const. Elect. 3. n. 29. p. 4.*

Et insuper pater talem filium exhaeredem scribere potest, per *Novell. 115. c. 3. §. 1. ibi: manus intulerit.*

Quod procedit etiam, licet pater filium prius castigaverit. Non enim filio permissum est, castiganti patri resistere: parentum enim persona liberis semper debet esse sancta.

*l. liberto. 9. ff. de obseq. parent. & patron. præst. Schönborn lib. 1. polit. c. 7. p. 46.*

Hinc nec filius defensionem quandam allegare potest, siquidem ea castigatio, jure patriæ potestatis, parentibus permissa est: modò absit excessus.

*l. si filius. 3. ibi: castigare jure patr. potest. non prohiberis. C. de patr. potest. l. aut facta. 16. §. causa. 2. ibi: quoniam. emendationis, non injuria gratia videntur adhiberi. ff. de poen. Christian. Kremerberg. de neces. defens. quæst. 3. n. 14. 15. cum seqq.*

## XI.

Homicidium in specie sic dictum, (a) dividitur vel in Verum, (b) vel Quasi (c)

(a) Hoc in quascunq; personas extraneas committitur.

*d. l. 1. in princ. ibi: hominis occidendi causa. ff. ad L. Cornel. de sicar. l. ejusdem. 3. ibi: necandi hominis causa. & tpt. tit. ff. eod.*

(b) Ve



(b) Verum quid sit, & quotuplex, dicetur mox in The-  
si 12.

(c) Quasi Homicidium quomodo committatur, explica-  
bitur infra thesi 27.

## XII.

Homicidium verum, aut est necessarium sive  
justum, (a) aut Voluntarium, seu dolosum, (b) aut  
casuale merum, (c) aut culposum, sive casuale cul-  
pâ conjunctum. (d)

(a) per l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jur. l. 1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi arma-  
tâ. vide Thesin sequentem. 13.

(b) per l. qui cædem. 16. ibi: dolové malo. ff. ad l. Cornel. de sicar. Rubr. &  
tot. tit. extr. de homicid. Voluntar. & Casuali. Vide Thesin. 17.

(c) per l. perspicendum. 11. §. delinquitur. 2. ibi: casu verò. ff. de pœn. d. Ru-  
brica extr. de homicid. Volunt. & Casual. P. S. D. art. 146. Vide infra  
Thes. 24.

(d) per l. lege. 4. §. 1. ibi: quidam per lasciviam. ff. ad L. Cornel. de sicar.  
P. S. D. art. 146. Vide infra Thesin. 25.

## XIII.

Homicidium necessarium est, quod vim inju-  
stam legitimè propulsando, committitur.

per d. l. ut vim. 3. ibi: ut vim atq; injuriam propulsemus. ff. de lust. & Iur. l. 1.  
§. vim vi. 27. ibi: vim vi repellere. ff. de vi & vi armat. l. si quis. 5. ibi: ad se ve-  
nientem gladio repulerit &c. C. ad L. Cornel. de sicar. l. 1. ibi: mortem, quam  
minabatur excipiat. C. quando liceat unicuiq; sine Iudice &c.

Nos vocamus Eine Nothwehr/oder gedrengten Todtschlag. Et  
hoc Homicidium omnia Jura permittunt.

Divinum: Exod. 22. vers. 2.

Naturale: L. itaq; 4. ibi: adversus periculum naturalis ratio permittit se defen-  
dere. Et l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. vim vi. 27.  
ibi: idq; jus natura comparatur. ff. de vi & vi armat.

Gentium: l. 1. §. jus gent. 4. junct. l. ut vim. 3. ff. de Just. & Iur.

Civile: l. 1. C. unde vi. Lex tamen civilis hanc vim ita temperavit, ut cum  
incul-



*in culpa tutela moderamine fieret. ibi: in culpa tutela moderamine.*

• **Canonicum** : Cap. si perfodiens. 3. in fin. ibi: si se telo defenderit. extra. de homicid. volunt. &c. cap. significasti. 18. vers. si vero. ibi. quamvis vim vi repellere omnes leges omniaq; jura permittant. d. tit.

**Saxonicum** : Landrecht art. 78 ibi: Bundet ein Mann seinen Herrn/ oder schläget ihn zu todt in Nothwehre seines Lebens/ oder der Herr den Mann: Er thut daran wider seine Treu nicht/ so die Nothwehre mit Recht bewiesen wird. lib. 3.

**Const. Carol. P. N. D. 140.** ibi: Vnd der benöthigte kan füglich ohne Fährlichkeit oder Verlegung seines Leibes/ Lebens/ Ehr/ vnd guten Leumuts nicht erweichen/ der mag sein Leib vnd Leben ohne alle Strafe/ durch eine rechte Gegenwehre retten.

**Const. Elect. 8. part. 4.** ibi: vnd doch der defension halben. Et Const. 11. d. p. 4.

Ratio horum Jurium omnium est: quia melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare,

*d. l. 1. C. quando liceat unicuiq; sine Iudice.*

Neque quis expectare cogitur primum ictum, cum is possit esse lethalis.

**P. N. D. art. 140.** ibi: ist auch mit seiner Gegenwehr/ bisß er geschlagen wird/ zu warten nicht schuldig.

Moderamen autem inculpatæ tutelæ in hisce duobus consistit:

(1) ut offensio vel offensionis justæ timor præcedat:

*l. 2. ibi: aggressorem. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. si quis. 3. ibi: percussorem ad se venientem C. cod. l. ut vim. 3. ff. de Iust. & Iur. ibi: propul. semus. propulsatio autem presupponit offensionem. P. N. D. art. 140. ibi: vberläufft / ansicht / oder schlägt. &c.*

(2) Ut fiat defensio in continenti: Hoc est, flagrante adhuc crimine.

*l. qui possessionem. 17. ibi: in ipso congressu. Et ibi: Illicò. ff. de vi & vi armata.*

Nam ex intervallo si adversarius læditur, ex defensione fit offensio.

*l. scientiam. 45. S. qui cum aliter. 4. in fin. ff. ad L. Aquil. P. N. D. art. 142.*

*ibi: Dem der Todtschläger aus freyen vnd vngenöthigten Dingen nachgesolget/ vnd ihn allererst in der Nachfolg erschlagen hette. &c.*

C Pro-





Prolixius hæc tractat Farinac. tract. de homicid. q. 125. part. 6. ubi n. 395. demum concludit, quod generaliter Judicis arbitrio committendum sit, an & quando sit servatum moderamen inculpatæ tutelæ, qualisq; & quantus sit excessus. Addens rationem: Quia de factis hominum non potest dari certa regula, propter nimiam factorum multipliciter.

Pœnam igitur hoc homicidium Necessarium animadversionemvè ullam non meretur. Ratio est: Quia ubi injusta est offensio, ibi justa est defensio. Defensor enim propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

*d. l. ut vim. 3. ibi: Iure fecisse existimatur. ff. de Just. & Iur. l. 2. ibi: nullam calumniam metuere debet. C. ad L. Cornel. de sicar. l. si quis. 3. ibi defensor in nullo peccasse videtur. C. eod. l. sicut allegas. 4. ibi: jure casum videri. C. hoc tit. P. N. D. art. 139. ibi: Welcher eine rechte Nothwehr zur Rettung seines Leibs und Lebens thät, der ist darob niemad nicht schuldig. Farinac. d. q. 125. tit. 14. p. 1. n. 3. seqq.*

Jure verò Saxonico in necessariâ defensione constitutus, à pœnâ quidem ordinariâ liberatur, Judici tamè multam pecuniariam & interfecti agnatis integrum VVergeldum exolvere cogitur.

*Landr. art. 14. l. 2. Moller ad Const. Elect. 11. n. 1. p. 4. Berlich, p. 4. Conclus. 12. n. 4. seqq.*

Excessus ex arbitrio Judicis punitur, ponderatis diligenter & exactè omnibus facti circumstantiis.

*P. N. D. art. 142. vers. nemlich ist hierin zu merken | & const. Elect. 11. part. 4.*

Sed materiam defensionis latius pertractare jam non est animus: Unam saltem atque alteram Qvæstionem, ad hoc Homicidium Necessarium pertinentem, annecto.

#### X I V.

Qværitur sæpissimè: An ob defensionem pudicitæ suæ, vel suorum, insultantem interficere licitum sit? A.

*per*



per l. 1. §. idem Divu. 4. ff. ad L. Cornel. de sicar. ibi: is, qui stuprum sibi, vel suis, per vim inferentem occidit, dimittitur.

Ratio (1) est, quia militat eadem ratio, quæ in corporis defensione.

Const. Elect. 42. in princ. p. 4. ibi: Das Leben vnd die Ehre gleich achtet.

Quemadmodum enim vita semel amissa recuperari nequit, ita nec pudicitia.

l. un. in pr. ibi: cum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit. C. de rapt. Virg.

Hinc Ovidius:

----- Nulla reparabilis arte  
Lesa pudicitia est, deperit illa semel.

(2) Quia metus stupri major, quam mortis esse debet.

l. isti quidem. 8. §. quod si. 2. ff. quod metus causa.

Merito itaque ejusmodi violentus expugnator pudicitiae non minus, quam latro punitur.

P. H. D. art. 119. ibi: Sol einen Ränber gleich mit dem Schwerte vom Leben zum Tode gebracht werden. Gilhaus. d. arbo. judicial. crimin. 6. 2. tit. 12. n. 36.

## XV.

Sed licetne pro defensione quoque honoris seu famae aliquem occidere? Neg:

Ratio (1) est: quia necessaria defensio tantum ad casum necessitatis est astricta, & durante periculo permessa: Quando videlicet vis ipsi corpori vel vitæ infertur.

d. l. ut vim. 3. ibi: ob tutelam corporis, ff. de iust. & iur. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ibi: si tuendi duntaxat, non etiam ulciscendi causa factum sit. ff. ad L. Aquil. l. 2. ibi: in dubio vitæ discrimine. C. ad L. Cornel. de sicar. l. si ut allegas. 4. ibi: inferenda cadis. C. eod.

Sed per injuriam, nulla vis vel vitæ vel corpori infertur, sed injurians tantum honorem, existimationem, & famam lædere atque arrodere tentat. Et injuriâ affectus aliter se tueri potest, ut sequitur, Ergo,

C 2 (2) Quia



(2) quia ubi competit remedium, seu auxilium ordinarium, non debet tribui extraordinarium,

*l. in cause. 16. in pr. ff. de minor. l. quedam. 9. ibi: scilicet, quia id consequi possumus per mandati actionem. ff. de edendo.*

Sed injuriato concessum est remedium ordinarium, puta actio injuriarum:

*l. quæ omnia. 25. ff. de procurator.*

Ergo. Est igitur Injuria mox ad animum revocanda.

*l. non solùm. 11. §. 1. ibi: statim passus ad animum tuum. &c. ff. de Injur.*

Postea actione experiendum:

*l. extat. 13. ibi: optimum est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. Et ibi: vis est, si non per judicem reposcit. ff. quod metus causa. l. creditores. 7. ff. ad L. Iul. de vi privat. l. nullus. 14. ibi: ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem. C. de Iudeis.*

Tum Judex litem hanc suâ Jurisdictione componet.

*l. si cujus rei. 13. §. sed si inter. 3. ff. de usufr.*

Non enim est singulis concedendum, quod per magistratum publicè fieri potest, ne occasio detur majoris tumultus faciendi.

*l. non est. 176. ff. de reg. Jur.*

(3) Quia generaliter vindicta privata permessa non est, nisi copia magistratus haberi non possit.

*arg. l. 1. C. quando lit. unicuique sine judice se vindic. Bernhard Zieritz ad Const. Carol. art. 140.*

## XVI.

Anne autem propter defensionem bonorum hominem occidere conceditur? Regulariter non: Nisi vitæ quoque & corporis periculum simul immineat.

Ratio (1) quia ea tantum justa cædes est, ubi corpori vis infertur, & metus subest mortis,

*d. l. 3. ibi: ob tutelam corporis sui. ff. de Just. & Jur. l. sed etsi. 5. ibi: ferro se petentem. Et ibi: metu quæ mortis. ff. ad L. Aquil. l. scientiam. 45. §. 4. ibi: cum aliter*



aliter se tueri non possunt. ff. eod. l. furem. 9. ibi: si parcere ei sine periculo non potuit ff. ad L. Corn. de sicar. c. 2. ibi: te tuāq; extr. de homicid. ubi copula qve, inter boni & personam posita, probat, pro solā rerum defensione, invasorem occidi non debere. Est enim illa particula copulativa, ad cuius copula veritatem requiritur, utramq; partem veram esse. l. si heredi. 5. ibi: omnibus parendum est, quia unus loco habentur. ff. de Condit. Instit. l. si ex plagis. 52. §. 1. ubi: tabernarius ob id tantum, quod lucernam sibi præteriens abstulerat, eum non jure cedere dicitur, nisi prius etiam vapulasset. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. unde vi. ubi Imperatores agunt de defendendā possessione, & dicunt: Quod ad ejus defensionē, moderatione inculpatæ tutelæ adhibitā, illatam vim propulsare liceat, hoc est, cum æquabili defensione & ab omni culpa remota. P. N. D. art. 150. ibi: So je mand einen bey Nächtlicher Weile gefährlicher weise in seinem Hause finden / vnd erschlägt / &c.

(2) Quia regulariter res ablata, etiam si fuerint preciosissima, pluribus tamen actionibus ordinariis, vel interdictis, ut: Actione ad exhibendum, rei vindicatione, conditione furtivā, bonorum raptorum interdictis recuperandæ possessionis &c. recuperari possunt. Si igitur ego defendo res meas, & fur defensionem hanc per vim impedit, non potest id aliter contingere, quā me offendendo, quo casu jam defensionem rerum ad defensionem personæ pertinet. Non enim tam rem, quā me ipsum defendo.

arg. d. l. 1. §. vim vi repellere. 27. ff. de vi & vi armat. Volzius in Commentar. ad L. Corn. de sicar. cap. 7. n. 100. in fin. Fachin. lib. 1. Controvers. c. 31. Zoannettus tract. defens. p. 1. n. 36. seqq.

XVII.

Voluntarium homicidium est, quod dolo malo, (a) & animo deliberato (b) ad interficiendum hominem (c) committitur.

(a) Dolus enim malus, & occidendi animus pœnæ legis Corneliæ locum faciunt.

l. 1. in princ. ibi: cuiusvè dolo malo. & §. Divus. 3. ibi: si non occidendi animo. ff. ad L. Corn. de sicar. l. qui eadem. 16. ibi: dolo vè malo. ff. eod. l. 1. ibi: non occidendi animo. C. eod.

C 3 (b) Un-





(b) Unde Voluntarium homicidium non committunt.

(1) Infantes:

*l. infans. 12. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Ubi ratio adducitur, quia eos innocentia consilii tuetur. Et in parvulis nulla deprehenditur culpa.

*l. sed etsi. 55. §. 1. in fin. ff. de fideicommiss. libert.*

Ætas eorum, quid videat & agat, ignorat.

*l. 1. circ. fin. C. de fals. moneta. arg. 1. pupillum. 111. de R. I.*

(2) Furiosus: quia hunc fati infelicitas excusat.

*d. l. infans. 12. in fine.*

Sensu namq; ac ratione caret,

*l. furiosi. 40. ff. de R. I. l. sed etsi. 5. §. 2. ibi: cum sua mentis non sit. ff. ad L.*

*Aquil. l. congruit. 13. §. 1. & l. Divus. 14. ff. de offic. presid. l. poena. 9. §. 2. fin. ff. ad L. Pomp. de parricid.*

Totum tamen negotium hoc, quoad furorem cognoscendum, arbitrio Judicis committendum videtur, ut confideret, an perpetuo furore quis laboret, an verò intermissum furorem habeat.

*l. 2. C. de Contrah. emptio. l. Divus. 14. vers. si verò. ff. de offic. presid. Menoch. arbitr. iud. quest. cas. 325. Faber. in Codic. l. 9. tit. 10. definit. 7.*

(e) Committitur autem petissimum (1) Teli vel instrumenti quodam genere, vide infra th. 26. cir. fin.

(2) Veneno:

*l. 1. §. 1. & l. ejusdem. 3. princ. §. 1. 2. 3. ff. ad l. Cornel. de sicar. P. S. D. art. 130.*

(3) Maleficio, magicis puta adhibitis artibus.

*P. S. D. art. 109. ibi: vnd man sol solche straffe mir den Feuer thun.*

Pœna hujus Homicidii Voluntarii seu dolosi ordinaria ex L. Corneliâ olim fuit, Deportatio, & omnium bonorum ademptio seu confiscatio.

*l. ejusdem. 3. §. legis. 5. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Postea & progressu temporis honestiores quidem in Insulam deportabantur, humiliores verò ultimo supplicio affici caperunt.

*d. l.*



*d. l. 3. §. 5. ff. de tit. l. qui caedem. 16. ibi: in honore aliquo positi deportari solent. Et ibi: qui secundo gradu sunt, capite puniuntur d. ff. de tit.*

Hodie indistinctè ultimo supplicio, puta gladii pœnâ, homicidæ afficiuntur.

Ita enim (1) jubet jus divinum.

*Genes. 9. v. 6. ibi: quicumq; effuderit humanum sanguinem, illius sanguis fundatur. Exod. 21. v. 12. 14. Numeror. 35. v. 16. Deuter. 19. v. 11, 12. Matth. 26. v. 52.*

Atque hæc gladii pœna in homicidas, tempore Iustiniani quoque jam usitata erat.

*Ideo hanc pœnam ipsi L. Corneliae ascribere voluit. in §. item L. Corneliae de sicar. 5. ibi: ultore ferro. l. de publ. Judic. ut tradant Bachov. ad d. §. item L. Corn. de sicar. in pr. & alii Institutistæ.*

Approbavit hanc eandem pœnam Carol. V. in *Const. Crim. art. 137. ibi: Ein jeder Mörder oder Todtschläger / wo er desselben nicht rechtmässige Entschuldigung ausführen kan / hat das Leben verwircket.*

Facit (2) naturalis ratio, quæ dicitur, ut id, quod alteri fecit, semper expectet.

*l. nemo. 3. vey. patiatur. C. de Episcop. audient.*

(3) Quia homicida violat cognationem humanam, cum inter homines natura quandam cognationem constituerit.

*d. l. 3. ff. de Iust. & Iur.*

Pœna tamen hæc gladii quandoque ex variis circumstantiis augeri solet. Latrones enim publici solent rotâ contundi, & eidem imponi. Venefici mares etiam rotâ cōfringuntur, fœminæ aquis suffocantur. Plus enim est hominem extinguere veneno, quàm gladio.

*l. 1. C. de Maleficiis.*

Ratio fortè hæc est: quia venenum minus præcaveri potest, quàm telum.

Jure Canonico homicida excommunicationis sententiâ incurrit, itemq; depositionis à dignitate, honore, officio, beneficio.

*C. l. de*



*c. 1. de homicid. in 6. c. si quis viduam, s. distinct. 50.*

Et hæc quoq; pœna illo Jure est omnium gravissima, Judex namque Ecclesiasticus ultra excommunicationem nihil facere,

*cap. cum non ab homine. 10. Extr. de Judic.*

nec iudicium sanguinis proferre potest.

*Cap. Clerici. 5. Extr. ne clerici vel Monachi secularibus se negotiis. &c.*

### XVIII.

Controversias hîc nonnullas subicere placet. Quæritur igitur (1) An mandans alterum occidere, tanquam homicida sit puniendus? Affirm.

(1) per textus manifestos:

*in l. nihil. 15. §. ibi: mandator cædis pro homicidâ habetur. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

*l. non idè. 5. ibi: præter principalem Reum mandatorem ex suâ personâ conveniri posse. C. de accusat. l. ejusdem. 3. §. item is. 4. ibi: sciente eo arma sumserit. Et ibi: qui autor seditionis fuerit. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

(2) quia nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat.

*d. l. nihil. 15. in pr. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Causam verò mortis præbere mandantem in aperto est.

(3) Quia, quod quis per alium facit, perinde est, ac si ipse faciat.

*Cap. qui facit per alium. 72. de R. I. in 6. arg. l. non solum. 11. §. si mandatû. 3. ff. de Injur. l. si quis. 7. §. hoc verò. 5. in fin. ff. de Juridict.*

(4) Quia & is damnum dat, qui jubet dare.

*l. is damnum. 169. ff. de R. I. l. 1. §. dejecisse. 12. ibi: parvi enim referre visum est, suis manibus quis dejiciat, an verò per alium. ff. de vi & vi armata.*

Jussus igitur seu mandatû hîc factû comparatur, maximè, quia res mali est exempli, cû mortis causam præbeat mandans,

*Bœkel de publ. Jud. disquis. 6. n. 6. p. 125.*

### XIX.

Quæritur (2) an is, qui mandavit vulnerare, occidere



dere autem expressè prohibuit, ordinariâ poenâ sit af-  
ficiendus? Negatur :

per textus in

*l. item Mela. 11. §. Celsus. 3. ff. ad L. Aquil. ibi: priorem non teneri quasi occi-  
derit, sed quasi vulneraverit.*

*l. huic scripturae. 15. §. 1. ibi: de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato. ff. de  
sit. l. ita vulneratus. 51. vers. igitur, si quis servo. ff. eod.*

Ratio (1) quia, ut aliquis poena legis Corneliae teneatur, re-  
quiritur verus animus occidendi ex dolo malo.

*l. 1. §. Divus. 3. ibi: si non occidendi animo. ff. ad l. Corn. de sicar. l. ejusdem. 3.  
in pr. ibi: necandi hominis causa. ff. eod. l. is, qui cum rebo. 7. ibi: qui hominis  
necandi causa. C. eod.*

Sed mandator talis, non habuit directè doloq; malo animum  
occidendi, uti ex inhibitione, mandatario factâ, constat, Ergò  
ut homicida damnari nequit.

(2) Quia in genere voluntas & propositum delinquentis di-  
stingvit maleficia.

*l. qui injuria. 53. in pr. ff. de furt.*

Et non tam factum quæritur, quàm causa faciendi.

*l. verum est. 39. ff. de furt.*

Nec tam exitus, quàm voluntas & principium perpetrandi  
delictum.

*l. Divus. 14. ff. ad L. Corn. de sicar.*

*Fachin. lib. 1. Contr. Jur. cap. 56. Arumæus. disput. Instit. 15. §. 9. E<sup>s</sup>  
disput. ff. 23. §. 12.*

XX.

Quæritur (3) An & illud sit voluntarium homici-  
dium; si Johannes, errore personæ, Paulum interfi-  
ficere cogitans, Petrum interficiat? Affirm. ad-  
eoq; etiam ordinariâ homicidii poenâ puniendus est.

D Ratio





Ratio (1) Quia dolus propositum, & animus fuit occiden-  
di Paulum; Ergò ob dolum & occidendi animum ordinariæ  
pœnæ locus est.

*d. l. 1. in pr. & S. 1. ibi: dolo malo. ff. ad L. Corn. de sicar. d. l. qui cadem. 16.  
ibi: Sponte dolore. ff. eod.*

(2) Quia prævalet, quod principale est: Johannem nem-  
pè occidere velle Paulum, ut propterea dolus in genere suf-  
ficiat.

*l. eum qui. 18. S. si injuria. 3. ibi: prævalet quod principale est. ff. de Injur. ubi  
injuria illata dicitur, licet alii fuerit destinata.*

(3) Quia nihil ad delictum minuendum facit, quod Petrum  
ignoraverit, Operam namque dedit rei illicitæ.

*l. falsus. 43. S. qui alienum. 4. ff. de furt. l. scientiam. 45. S. qui cum aliter. 4.  
ibi: sed prætereuntem percussero, tenebor: ff. ad L. Aquil.*

Siquidem error tantum est in objecto, nõ in voluntate, quam  
in genere adesse, sufficit. Ergò & hîc voluntas spectanda,  
non exitus.

*l. Divus. 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Quod expressius Elector Serenissimus Saxonix brevibus qui-  
dem, sed nervosè confirmat, additâ urgente ratione hac:  
quòd negari non possit, homicidium lege tam divinâ, quàm  
humanâ prohibitum, in casu hoc illicito fuisse commissum.

*Const. Elect. 6. part. 4. ibi: So einer ihm sursetz auff dem zu schlagen/  
mit welchen er in Zwietracht gerahen/vnd in solchem Fürhaben einen  
andern erschlägt / erscheust / oder ermordet / dieweil er darinnen wider  
Gottes Gebot gehandelt / vnd nicht verneinet werden mag / daß es ein  
Tods Schlag sey: So sol ein solcher Verbrecher mit dem Schwerdt vom  
Leben zum Todt gerichtet werden. Bækel de publ. Judic. disquis. 6. n. 9.  
p. 126. ubi pag. sequenti plures in utramq; partem Dd. citantur.*

## XXI.

Quæritur (4) An ebrius, committens homicidium  
in ebrietate, ordinariâ homicidii pœnâ puniri possit?  
Distinguitur inter ebrietatem enormem, seu immo-  
dicam,



dicam, & inter modicam seu remissio- rem. Propter enormem atque immodicam ebrietatem, quâ homo omni rationis usu privatur, & mentis suæ compos non est, delinquens non ordinariâ, sed extraordinariâ pœnâ puniendus est. Huic enim ebrio nec dolus nec voluntas delinquendi adest.

*l. omne delictum. 6. §. qui se. 7. ibi: per vinum lapsis, capitalis pœna remittenda est. ff. de re milit.*

Impetu potius, quàm proposito delinquit,

*l. perspicendum. 11. §. delinquitur. 2. vers. impetu autem. ff. de pœn.*

Unde quia nescit, quid loquatur, furioso comparatur, mortuo, & ignoranti.

*C. sanè. 7. vers. nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent, jacent sepulti. Caus. 15. quest. 1. c. venter. 5. dist. 35. capit. à crapulâ. 14. ibi: cum ebrietas mentis inducat exilium. extr. de vitâ. & honest. Cler.*

Ergò puniendus est non quantum homicidium, sed quantum illa meretur ebrietas, ut dicitur in

*can. inebriaverunt. 9. caus. 15. q. 1.*

Hoc est: excusatur à tanto non à totò, ut loquuntur Dd. Punitur itaq; arbitrariè, cum operam dedit rei illicitæ, non vitando nimiam illam ebrietatem.

*arg. l. si servus. 27. §. si fornicarius. 9. ff. ad L. Aquil. l. qui occidit. 30. §. in hac. 3. ff. eod.*

Ebrietas verò modica seu remissior, ordinariam incurrit pœnam, quia non omnem rationem tollit, imò ebrius hic uti mentis est compos, ita animosior, audacior & insolentior efficitur, sentit ac intelligit, quid agat. Ergò & doli capax est. Quocircà cessante ratione æquiparationis cum furioso, mortuo, ignorante, ebrio quoque huic, excusationis locus relin- qui nec potest nec debet.

*Anton. Faber in Cod. lib. 9. tit. 10. definit. 7. Menoch. arbitr. Jud. Quest. Casu 325. n. 7. ibi: non procedit in eo, qui levi ebrietate affectus est, Nam illi non minuitur pœna ordinaria. Volzius in Commentar. ad L. Cornel. de sicar. cap. 6. n. 21. seqq.*

D 2

Quæ-





X XII.

Quæritur (5) Si quidam in rixâ fuerit occisus,  
An omnes ordinariâ homicidii pœnâ teneantur? Di-  
inguendi sunt casus †

Aut enim (1) autor rixæ & homicida est certus: & is solus  
plectendus est pœnâ ordinariâ.

*per l. item Mela. 11. §. sed si plures. 2. ibi: siquidem apparet, cujus ictu perierit,  
ille quasi occiderit, tenetur. ff. ad L. Aquil. Text. in Const. Carol. art. 148. vers.*

So man den rechten Thäter weiß / der sel als ein Todtschläger mit  
dem Schwerdt zum Todt aestrafft werden.

Et hoc casu nullum est dubium: Cœteri tamen tantùm de læ-  
sionibus tenentur.

*Matth. Steph. ad d. art. 148. in pr. vers si autor homicidii sciatur. Geil.  
lib. 2. observ. 109. n. 2. vers. si verò certum sit. &c.*

Aut (2) incertus est autor, & constat, quòd plures dolosè  
animo deliberato, & consilio communicato hominem inter-  
fecerint: Reus autem homicida ignoratur: tùm omnes te-  
nentur pœnâ homicidii ordinariâ.

*d. Const. Carol. art. 148. in princ. ibi: So etliche Personen mit vorge-  
setzem vnd vereinigten Willen vnd Muth jemand bößlich zu ermor-  
den / einander Hülff vnd Beystand thun / dieselbe Thäter alle haben  
das Leben verwircket.*

Ratio est: quia omnes dolo malo animum ac voluntatem oc-  
cidendi habuerunt. Et quamvis forsan omnes manu æquali-  
ter non occiderint. mutuam tamen opem & auxilium sibi tu-  
lerunt singuli, causamq; mortis præbuerunt.

*l. 1. in pr. ibi: qui hominem occiderit. §. Divus. 3. ibi: occidendi animo. l. Divus.  
14. ibi: voluntas. & l. nihil interest. 15. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Ergò cum omnium par sit ratio, omnes etiam meritò pari  
pœnâ afficiuntur.

*arg. l. in eadem causâ. 3. in pr. ff. ad L. Jul. de vi publ. cap. sicut dignum. 6.  
§. illi autem, qui animo occidendi. 1. extr. de homicid. Geil. d. l. 2. observ.  
109. n. 10.*

Aut (3) neq; de autore, neq; quòd omnes simul animum occi-  
den-



dendi habuerint, constat. & nihilominus occisus lethale vulnus accepit, tūm omnes in dubio arbitrariā & extraordinariā pœnā plectendi puta, vel pœnā pecuniariā, vel relegatiōe, &c.

*arg. l. item Meta. 11. §. si plures. 4. ff. ad L. Aquil. d. Const. Carol. art. 148. vers. aber der ander Beyständer. Et ibi: vnd man mögte keinen wissen/ Et paulo post: Rahts pflegen mit Eröffnung aller Umstände vnd Gelegenheit der Sachen*

*Const. Elect. 7. §. 4. vers. So sollen sie alle in Zweifel. &c.*

Ratio (1) Quia in dubio, & in obscuris sequendum id, quod minimum est.

*Cap. in obscuris. 30. de reg. Jur. in 6.*

Et in pœnis benignior fit interpretatio, ut potius molliendæ, quàm asperandæ sint,

*l. interpretatione. 42. ff. de pœn. cap. in pœnis. 49. de R. I. in 6.*

(2) Quia hoc casu fatius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.

*l. absentem. 5. ff. de pœn.*

(3) Quia regulariter incertitudo omnes actus & dispositiones vitiat,

*l. item Pomponius. 5. §. final. de de rei vindicat. l. duo sunt Titii. 30. ff. de testam. tutelâ. l. ubi autem non app ret. 75. ff. de V. Obl.*

Quod præsertim etiam observandum in delictis, ubi probationes luce meridianâ clariores requiruntur.

*l. final. C. de probat.*

(4) Quia aliâs delictum in rixâ commissum secundum qualitates armorum & alias circumstantias contemplari oportet, cujus ictu, vel lethale vulnus inflictum sit, ut intelligi possit, cui ordinaria pœna irrogari debeat.

*L. 1. §. Divus. 3. in fin. ibi: in rixâ causa magis, quàm voluntate. ff. ad L. Corn. de sicar. l. fin. ff. eod.*

Sed hoc in casu scire non possumus, quisnam in istâ rixâ vulnus inflixerit mortale, ideò necessario sequitur, neminem ordinariâ pœnâ afficiendum esse.

(5) Quia quamvis hæc locum habeant quoad pœnam or-



dinariam, non tamen quoad arbitrariam, seu extraordinariam: Omnes enim rei illicitæ operam dederunt.

*arg. l. 1. §. si plures. 10. in fin. ff. de his, qui dejecerint, vel effuder. &c.*

Si tamen compertum est, quosdam nec percussisse, nec insultasse, nec alio modo auxilium percussoribus dedisse, omnino sunt absolvendi, ita ut nec poenâ aliquâ arbitrariâ plecti debeant. Sunt enim tales planè innocentes.

*d. Const. Elect. 7. in fin. ibi: Jedoch / wo es sich befünde / daß etliche nicht mit zugeschlagen / sondern unschuldig weren / die genessen ihrer Unschuld billich.*

Illud quoque non omittendum, quandoque judicem ad investigationem veritatis ad torturam procedere posse puta si contra quosdam in rixâ hac, indicia commissi homicidii non incerta concurrant.

*d. Const. Elect. 7. part. 4. in pr. ibi: Und do wider einen indicia, die zur scharffen Frage genugsam / vorhanden / auff denselbigen die tortur gesprochen werden.*

*arg. l. milites. 8. §. 1. ibi: certis indicis. C. de quest. L. unius. 18. §. 1. ibi: evidentioribus argumentis. ff. de quest.*

Indicia autem ad torturam in hoc casu sufficientia refert ex variis Dd. Berlich.

*part. 4. Conclus. 11. n. 65.*

Videantur

*Const. Carol. art. 33. & 34.*

Dissentit Bocerus *de homicid. lib. 1. c. 3. n. 141.* sed de totâ hac quæstione arduâ & intricatâ videantur

*Menoch. arbitr. Jud. Quest. Cas. 362. Farin. in pract. criminal. Quest. 96. Berlich. d. part. 4. Conclus. 11. Hartm. pistor. observ. 74.*

### XXIII.

Quæritur: (5) An ordinaria poena homicidii voluntarii, à magistratu, vel dispensatione, vel statuto remitti, & in pecuniariam poenam hodiè converti possit? Negatur:

Ratio



Ratio (1) Quia Jure divino expressè hæc remissio prohibetur.

Num. 35. v. 31. *ibi: Non accipietis premium ab eo, qui reus est Sanguinis. Et vers. 33. ibi: nec aliter expiari potest, nisi per ejus sanguinem, qui sanguinem alterius effuderit. Jer. 48. vers. 10. ibi: maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Est enim Magistratus vindex ad iram, ei, qui malè agit. Rom. 13. v. 4.*

(2) Quia Magistratus Deo inferior non potest tollere aut mutare Jus à Deo, tanquam superiore conditum.

*Cap. cum inferior. 16. extr. de Majori & obedientiâ. & cap. super eo. 4. extr. de Usur.*

(3) Quia Jure naturalia sunt immutabilia.

*S. sed naturalia. 11. Inst. de Jur. Natural. Gent. & Civil.*

Sed pœna homicidii, præter auctoritatem divinam, etiam fundamentum in naturâ habet, quæ cognationem inter omnes homines constituit.

*L. 3. ff. de Just. & Jur.*

Lege autem naturæ, nemo, nec princeps quidem est solutus.

*arg. l. eas. 8. ff. de cap. minut.*

(4) Quia pœnæ commensurandæ sunt delictis.

*L. Pœnius. 4. S. 1. in fin. vers. ne quid durius aut remissius constituatur, quam causa postulabit. ff. de incend. ruin. naufrag. & c. l. perspicendum. 11. in pr. ff. de pœn.*

Sed nulla est proportio inter sanguinem hominis effusum & pecuniam. Quare homicida, quod fecit, expectet.

*l. nemo. 3. vers. patiatur. C. de Episc. audiend.*

(5) Quia aliàs disciplina publica nimis laxaretur, & infinitis cædibus occasio præberetur. Magistratus namq; potestatem remittendi frequenter exercendo, prætextu hujus vel illius causæ, ad delinquendum facile probos invitare, & improbos animosiores reddere posset. Imò homines certo precio venales exponerentur.

*Johan. Hering in discurs. de homicid. dolosi & voluntarii atrocitate in appendice p. 141. seqq.*





## XXIV.

Casuale Homicidium est, quod fortuito & præter animam vel intentionem committentis vel causam dantis, committitur, ex actu quodam licito, naturam suam ad delinquendum non comparato.

*l. eum, qui. 5. ibi: sed casu fortuito. C. ad L. Corn. de sicar.*

Homicidii hujus exempla, quæ aliàs rem valde illustrant, & manifestiorem reddunt,

*l. prætor. 3. §. 2. ibi: exemplo manifestius fit. ff. de collat. bonor. l. 1. in pr. ff. de præscript. Verb.*

Sunt sequentia:

(1) In Tonfore Barbæ.

Si in Tonstrinâ suâ, loco nempe solito, barbam alicui radens, alterius jactu vel percussione impulsus, gulam ei præcidat.

*L. item Mela. 11. in princ. ff. ad L. Aquil. Const. Carol. art. 146. ibi: Ein Barbierer &c.*

(2) In sagittario:

Si in campo consueto telum emittens, transcurrentem trahat.

*Can. si homicidium. 41. Caus. 23. quest. 5. ibi: telum manu fugit. d. art. 146. ibi: So ein Schuß in einer gewöhnlichen Ziel Statt steht oder sisset &c.*

(3) In Venatore:

Si in venando telum in feram missum, hominem interficiat.

*l. perspicendum. 11. §. delinquitur. 2. ibi: cum in venando. ff. de pæn. Volz. in Comment. ad L. Corn. de sicar. cap. 6. n. 29. Bocer. de homicid. lib. 1. c. 1. n. 87.*

(4) In Sacerdote pulsante campanam.

Si cadente tintinnabulo, puerum quendam occidat.

*C. Johannes Sacerdos. 23. extr. de homicid.*

Pœna igitur Homicidii merè casualis in exemplis connumeratis & similibus criminalis non est, quia ei, qui operam dat rei licitæ, nihil potest imputari, si casus omnes fortuitos non prævidit.

*d. cap. Johann. 32. extr. de homicid*

Quæ



Quæ enim ex improvise, casu potius, quàm fraude accidunt, fato potius, quàm noxæ imputantur.

*l. 1. in fin. C. ad L. Corn. de sicar. Zieriz ad d. Const. Carol. art. 146.*

Siquidem maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit.

*l. qui injuria. 53. princ. ff. de furt.*

## X X V.

Culposum ( ut vocatur ) Homicidium est, quod per lasciviam quandam committitur, hoc est, quando culpa fortuito casui causam præbet, vel opera rei illicitæ datur.

*l. lege. 4. §. 1. ibi: cum quidam per lasciviam, causam mortis præbisset. ff. ad L. Cornel. de sicar. cap. continebatur. §. extr. de homicid. ubi: quidam fuit in culpa quod torsum præbuit equituro, nec falcem suam removit. cap. tua nos. 19. extr. de homicid. ubi Monachus Chirurgiam exercens, & ita operam rei illicitæ dans, quia ex eâ mors secuta est, irregularis factus est.*

Exempla esse possunt (1) si quis aliquem vult terrere bombardâ, quam globo vacuum putat, licet foculum pulvere instructum novit, & ita invitus ante se stantem trajicit, (2) Si quis eo loco, quo vulgò interfieri solet, arbores putet, ramumq; projiciat, non proclamans, ex quo præteriens occidatur,

*l. si putator. 31. ff. ad L. Aquil. l. in lege. 7. ff. ad L. Cornel. de sicar. Can. sæpè contingit. 50. distin. 50. Schneidew. ad §. item si putator. §. Inst. de leg. Aquil. Vultej. lib. 1. Jurisprud. Roman. cap. 48. n. 17.*

Pœna hujus culposi homicidii est relegatio ad tempus, puta quinquennii.

*l. lege. 4. §. 1. ibi: quidam per lasciviam, & ibi: in quinquennium relegasset. ff. ad L. Corn. de sicar.*

Vel alia arbitraria:

*Farinac. de homicid. quæst. 126. part. 1. tit. 14. n. 42. §. 1. ubi ait: Homicidium culposum non quidem ordinariâ pœnâ legis Cornel. de sicar. Sed extraordinariâ & mitiori arbitrio judicis, juxta facti & personarum qualitatem punitur. Bocer. de homicid. lib. 2. c. 1. n. 83.*

E

Ra-



Ratio est: quia culpa est immiscere se rei, ad se non pertinenti.  
*l. culpa. 36. ff. de R. 1.*

## XXVI.

Dubitatur, quando Homicidium dicatur dolo, quando culpâ, & quando casu commissum? Disting. Aut enim quis operam dat rei per se illicitâ, & ipso facto censetur esse in dolo, & animum habere delinquendi; semper namq; in his, quæ sunt de genere prohibitorum, præsumitur dolus.

*arg. l. si ex plagis. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. quoniam. 6. ibi: causam malorum præbuerit. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 2. §. doli. 8. ibi: qui vim facit, dolo malo fecit. ff. vi bonor. raptor. l. si non convitii. 5. C. de Injur.*

Sed occidere alium, est actus per se illicitus & jure legibusq; tam divinis, quam humanis prohibitus. Ergo præsumitur dolus animusq; delinquendi. Et consequenter homicidium est dolosum.

*P. N. D. art. 137. ibi: Ein jeder Mörder oder Todtschläger / wo er dessen nicht rechtmässige Entschuldigung ausführen kan / hat das Leben verwircket. Geil. lib. 2. obs. 110. n. 78 Farin. d. quæst. 126. part. 2. tit. 14. n. 61.*  
Aut quis versatur in relicta & ex circumstantiis vel culpolum vel casuale est homicidium.

*§. itaq; 4. Inst. de Leg. Aquil. l. item Mela. 11. in pr. ff. eod.*

Quocircâ etiam in hac re multum prudentis Judicis arbitrio relinquendum est.

*Menoch. arb. Jud. quæst. cas. 361.*

Siquidem hoc ex re ipsâ constituendum est.

*l. 1. §. Divus. 3. ff. ad L. Corn. de sicar.*

Utrputa ex facti atrocitate, & parte corporis, in quâ occisus est percussus.

*l. metum. 9. ibi: atrocitate facti. C. de his, quæ vi metusve causa. cap. significasti. 18. in fin. ibi: tum ratione partis. extr. de homicid.*

Vel ex genere & qualitate armorum.

*d. l. 1. §. 3. ibi: nam si gladium. Et ibi: sed si clavi percussit. aut cucumâ. ff. ad L. Corn.*



*Corn. de sicar. d. cap. significasti. 18. in fin. ibi: tum ratione instrumenti. extr. de homicid. Farinac. d. quest. 126. part. 1. Bullæus ad Const. Carol. art. 146. vers. ceterum an dolo an culpâ &c. Geil. d. obs. 110. n. 38. Bocer. de homicid. lib. 1. cap. 3. n. 107.*

Ut sunt: gladius, lapis, fustis, hasta, sagitta, funda, culter.  
*d. l. 1. §. 3. ibi: si gladium. l. si calvitur. 233. §. telum. 2. ff. de V. S. §. item lex. Corn. 5. Inst. de publ. judic. Wesenb. in parat. ff. ad L. Corn. de sicar. n. 8. seqq. Bocer. d. cap. 3. n. 108.*

## XXVII.

Restat Quasi Homicidium. Quomodo hoc committatur, itidem sequentia exempla declarant. Puta  
 (1) si quis hominem castraverit, aut seipsum castrandum præbuerit. (a) (2) si quis hominis occidendi causa cum telo ambulaverit. (b)

(a) *L. ejusdem. 3. §. item. is. 4. in fin. ff. ad L. Corn. de sicar. l. lege. 4. §. item. Divus. 2. l. hic quoq. 5. & l. is qui. 6. ff. eod.*

Ratio est: (1) Quia instar homicidii est, virilitatem & sexum homini adimere, ferroq; speciosum reddere velle, quod si nascitur, monstrum esset.

*Wesenb. in parat. ff. ad L. Corn. de sicar. n. 15. Gilhaus. arb. Jud. Crim. cap. 2. tit. 12. de homicid. n. 57. Bocer. de Homicid. lib. 1. cap. 3. n. 62. seqq.*

(2) Quia cum magno vitæ periculo conjunctum est, ut ex multis vix pauci evadant incolumes,

*Novell. 142. in præfat.*

Pœna olim fuit bonorum publicatio,

*l. lege. 4. §. item Divus. 2. l. is qui. 6. ff. ad L. Corn. de sicar. dict. Novell. 142. cap. 1.*

Et quandoq; ultimum supplicium:

*per d. l. 4. §. 2.*

Item pœna Talionis:

*d. Novell. 142. c. 1.*

(b) *L. 1. in princ. ibi: cum telo ambulaverit. ff. ad L. Corn. de sicar. l. is qui. 7. C. eod.*

Lex enim Cornelia affectum punit ut effectum, & voluntatem spectat non exitum.



*L. Divus. 14. ff. ad L. Corn. de sicar.*

Atque hoc ita Jure Civili constitutum est. Hodiè tamen illud de Consuetudine generali ubique ferè receptâ, non servatur, ut dictum supra in th. 2. sub lit. (a) quæ hoc loco repetenda. Atque ita præcipua saltem capita de hoc crimine homicidii strictim proposuisse hoc tempore sufficiat.

### COROLLARIUM.

Homicidium commissum est, & ignoratur locus commissi delicti, corporis verò occisi pars altera in fundo Sempronii, altera verò in fundo Seii, & ita in confinio duorum territoriorum reperitur. Quis tum Judex competens erit? Variæ apud Dd. Conjecturæ leguntur: præventioni locus esse videtur.

Rationi (1.) Quia, quicquid in confinio est, ad utrumq; locum, tanquam confinem communiter spectat.

*arg. l. si verò. 5. §. interdum. 2. vers. quod si ex mediano. ff. de his, qui effuder, vel dejecer.*

Ubi scilicet ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, omnes tenentur qsi in confinio positi:

*Decian. lib. 4. tract. Crim. c. 17. n. 16.*

(2.) Quia & aliàs inter judices ordinarios, qui pares sunt in jurisdictione, præventio locum habet.

*arg. cap. cum plures. 8. ibi: ipsorum quilibet &c. de offic. & potest. Judic. deleg. in 6. Geil. lib. 1. observ. 29. n. 4. Dn. D. Sinctelthaus in Contr. Feudal. illustr. disputat. 4. Thesi. 14.*

In praxi hodiernâ ei tribuitur cognitio, in cujus territorio caput occisi reperitur.

*Berlich decis. 62. ubi. n. 9. præjudicium. Dn. Scabinorum Lipsiensium adducit.*

F I N I S.



153989

ULB Halle 3  
003 260 577



R

VD 17





quibus  
pbila  
corris pbi  
latere di  
cuntur car  
te in quibz  
continent  
tur in can  
tationes.

**S**i  
dum  
naciones.  
in comos  
suas. sim  
legem isti  
cremāf.  
sed ille in  
cibus co.  
mobs ee fi  
unt post  
publica  
conem bo  
noz in ex  
itiam mit  
atur. ut. C.  
de malefi.  
nullus. ac.

**N**on  
liceat  
at. ppter  
segetes.  
nunquid  
ergo hic  
rephendi  
tur astro  
comianū

quis ignarus ideo tñ bñdus ē diuinus.  
Quid aut mirū si quē admodū ille corpis  
humani vel perturbata uel mortificata tem  
perie seu bonas seu malas futuras p̄uidet  
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe  
sibi notas nobis ignotas p̄uidēt futuraf  
tēpestates. Aliqñ hōim etiā disposicōes  
nō solū voce platas veruz etiā cogitacōe  
oreptas. cū signa q̄dam ex aīo expmū  
tur in corpore tota facilitate p̄discūt. atqz  
hinc etiā multa futura nūciant. aliis vi  
delicet in a q̄ ista disposita nō nouerunt.  
fallunt etiā it̄ dū fallēdi munda volū  
tate q̄ hōim errore etantur. s; ne apud  
cultores suos p̄odus aueritatis amitt  
tant. id agūt vt inter p̄bōz suis signoz  
qz suoꝝ diectoribz culpa tribuat qñ ipi  
mali decepti fuerint vel mēti. Nō unq̄  
vero ipsi maligni spūs et illusores hōim  
atqz inuafores salutis eoꝝ solēt p̄dice  
re defectū culare sue et ydoloꝝ ruīnam  
quatinus p̄scñ videātur qd̄ in singlis re  
gimis ā locis vēturuz et qd̄ aduersi sue fa  
ctōm otingere possit. qd̄ etiā illi q̄ gētilū  
historias legūt nō ignorāt. Quid ergo  
mirā si iam imminēte tēploꝝ. 7 simulacro  
ruy euerhōe quā p̄bōz dei sumi tāto an

*Processus de p̄bōz  
H. J. & R. K. 1709.*

illa p̄tore facit. Unde  
et nouissima annūciante in  
estis. Cultores vero ydolo  
mūione sp̄andi sūt. Sōnā  
ad coritbios. si q̄s frat̄ fo  
rus aut ydolis fūies cū ei  
bū sumere. **H**inc ēē in d  
tñ iumiois legir.

**Q**uis ariolos arusp  
res obfuaugrit ā p̄bi  
vius fuerit anathema sit.  
ritano occhio. ca. xxxij. **Q**

**N**i diuinaōes expa  
um subsecūtur. uel in domo  
di boies mtro ducunt ex q̄r  
magica ā expiādi cā sub re  
iaceāt sc̄dm gradus p̄miti  
Tē ex oculi. martm̄ ipe.

**N**on liceat re nō licet  
xp̄iamis tenē tradicōe  
tuare uel colere elemēta ā  
cursus. ā manē signoz. Fall  
faciēda. uel p̄pter segetes. **N**  
tādas uel dūigiā f.

omni. Omnia q̄ fūm̄ in vī





463.  
26

Disputatio Juridica  
inauguralis,  
De  
**HOMICIDIO.**

QUAM

DEO OPT. MAX. ANNUENTE

Ex decreto atque autoritate Magnifici Dn. Ordina-  
rii, &c. Amplissimi Dn. Senioris, &c. nec non reliquorum  
Consultissimorum Virorum, Celeberrimæ Facultatis  
Juridicæ Lipsiensis Assessorum in Illustri Aca-  
demiâ LIPSIENSI

PRO

*Licentiâ ad consequenda insignia & pri-  
vilegia Doctoralia,*

IN UTROQUE JURE,

*Publicè discutiendam proponit*

**M. GODOFREDUS MAYER,**  
LIPSIENSIS.

In Auditorio Collegii Majoris

*Ad diem 5. Septembr.*

*Horis Consuetis.*

ANNO M DC XXXIII.



LIPSIÆ,

Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

*Se D. Glimmerig  
Jura*

